



AETIOLOGICA PRO-
PHASIS.



V M AGATHAN-
dro Lugdunensi Typogra-
pho mihi nonnulla est ne-
cessitudo, cuius ergò, fami-
liariter aliquando Musæum
eius ingressus: incidi in ali-
quot imagunculas in æs in-
cisas. Quarum ego usum cum essem percõtatus,
is nullum esse respondit. quòd inscriptiones ad
picturam alludentes non haberet. aut si quas
habuisset, sibi periisse adfirmavit. ibi ego tales ei-
conas non temerè effictas esse ratus, recepi me
ex mutis, & mortuis, vocales, & viuas effecturũ:
inspirata viuacis Poëseos velut anima. quod
quàm alacriter recepi: is alacrius excepit, itaque
statim coeptũ est opus: in eo progressum: & tan-
dem peractum versibus latinis, nonnullisque
Græcis. maiori tamen labore, minoriq; existima-
tione: quàm si ex meo ipsius libero commento
fecissem. Quanquàm non adeò anxie laborans
coniectari quid Agalmatographos ille Apho-
nos (quicũque fuerit) in animo habuisset: quàm
quod mihi esse imagini aptum videretur: id